



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De mundi cœlestis terrestrisque constitutione, liber

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)



BEDAE PRESBYTERI, DE MUNDI
COELESTIS TERRESTRIS-
QUE CONSTITUTIONE

Liber.

NUNDUS iste sensibilis constat ex quatuor elementis, & eis totis, ita quod nulla pars illorum extra mundum relinquitur: ideoque mundo nihil aliud accedit, nihil ab eo alias recedit. Dico autem, mundum ex eis totis constare, ad differentiam humanorum, seu aliorum corporum, quia non totis constant elementis, aliquid illis accedit & recedit. Similiter arboribus, herbis, succus quidam à terra radicibus additur, qui per omnes partes diffusus, & naturali quodam calore induratus, transit in robur. Cùm autem accedit aliquid vel re, ab homine si hoc ordine proportionali fiat, integer homo manet: si aliter, corruptitur.

Humores.

Sunt enim quatuor humores in homine, qui imitantur diversa elementa, crescunt in diversis temporibus, regnat in diversis aetatibus. Sanguis imitatur aërem, crescit in vere, regnat in pueritia. Cholera imitatur ignem, crescit in astate, regnat in adolescentia. Melancholia imitatur terram, crescit in autumno, regnat in maturitate. Phlegma imitatur aquam, crescit in hyeme: regnat in senectute. Hi cùm nec pluvi nec minus justo exuberant, viget homo. Quod autem aliquid homini accedit & recedit, hæc naturalia perhibent instrumenta influxionis, scilicet os & inferiora. Sunt præterea subtilia quædam foramina, qua poros vocamus, per quæ ventus subintans, turgidam reddit faciem: qui per sudoris effluxionem magis deprehenduntur. Nihil verò diximus mundum accidentaliter propter perfectam ejus compositionem, sed partium ejus recontextio, totius & redintegratio, secundum diversos auctores. Nam ignis spissatus transit in aërem, aer spissatus in aquam, aqua densatur in terram. Rursus per recontractionem terra diluitur in aquam, aqua tenuatur in aërem, aer transit in ignem. Elementa autem, quibus mundus constat, quilibet sibi locum capit, secundum sui naturam, ignis sui levitatem supremum, terra gravitatem infimum, huic aqua circumfunditur, his duobus aer. Supra firmamentum autem secundum divinos sunt supercoelites aquæ, supra quas sunt spirituales cœli, in quibus angelicæ virtutes continentur. Terra verò una ita se medium locavit, ut æquilaterum undique à firmamento distet, præter existentes montium & subfidentias vallium: tranquile per meditullum ejus intellectualis linea de artico polo ad antarticum, quæ & aeris circumfusione ita ligatur, ut nusquam defleatur.

Forma terra.

Nunc de forma terra differamus, quam Anaxagoras rotundam & planam in modum ancilis volebat. Alii extantia extremarum partium, & gremium cavernosum in modum scutellæ, ubi quicquid caderet, ibi verò recipi volebat. Sed secundum hos multa sequerentur inconvenientia, nam vicissitudines solis & lunæ runc omnibus aquilatero apparerent, & semper haberent æquinoctium: quia omnes dimidierat omnium parallelorum viderent, sicque nec noctes, nec dies abbreviarentur, omnibusq; esset idem oriens, idem occidens & meridies. Relat autem ter-

ram rotundam dici, & ob declivem positionem hominum diversis modis cœli partes intueri: nam declivi vere abscondunt. Hiemalis tropici unam partem videmus, & tres latenter, astiales, tres videmus, & una latet: & quando sol in illis est, per tantum spatiū eum videmus quantum ipsorum cyclorum nobis apparet, habemus quoque diversos ortus, & occasus, & meridies secundum firmamentivolutionem, & terra globofitatem. Nam cùm est meridies Orientalibus, ortus est Meridionalibus: & cùm occasus Orientalibus, ortus est Occidentalibus.

Zone.

Terra quoque per zonas est divisa, quarum media perusta est solis frequentia, & aliorum planetarum, secundum hos qui etiam illis calorem attribuant, duas extremæ sine caloris beneficio, aliae duas, hinc calore, hinc frigore temperantur. Si latitudinis magnitudinem perpendere volueris, intellige à Septentrione circulum protendi in Austrum tam in inferiori hemisphærio, quam in superiori. Hunc autem per hexagenas divide, & attribue vicina frigidæ sex, temperata quinque, perusta octo, temperata ulteriori quinque, frigidæ sex. Ecce ea proportione qua se numeri isti habent adinvicem, eadem quoque se habent zonarum dimensiones.

Climata.

Sciendum, quod qui in medio perusta est, talern habebet dispositionem, quod semper habet æquinoctium: omnes enim parallelos videres dimidios, & in fine sui horizonis utrosq; polos. Sed quanto magis Septentrioni accederet, tanto magis illi partes ejus elevarentur, & Australi deprimerentur: & hoc secundum diversa climata, id est inclinations. Sunt enim octo, secundum alios septem: sed qui octo volebant, quadam tam perusta quam frigidarum asserebant. Frequenter autem usus octo volebat, tria verò sunt hujus habitabiles. Primum quod est inter Meroran & Syenem, in quo dies longissimus est tredecim horarum, brevissimus undecim: ubi duæ horæ faciunt differentiationem. Inde eriam clima radiorum, ubi dies longissima est quindecim horarum, brevissima octo, ibi differentiationem sex horæ faciunt. Ultimum clima nostra habitacionis dicitur Boreffenicum à Boreffenæ lacu, monte, civitate Armeniæ, ubi secundum Bedam de Temporibus, longissimi dies sunt octodecim horarum: ubi sex, ibi differentiationem septem horæ faciunt, si aliter ab Astrologiæ dicitur, forsitan alter quoque clima disponunt. Si verò aliquis tantum procederet, qui polum supra verticem haberet, ille dimidium tantum zodiacum videret, & totum æquinoctiale parallelum, unde habet & per dimidium annum diem continuum, & per dimidium noctem continuum. Videndum quid in primo climate singulis mensibus de sex triens accrescit, & in aliis sex mensibus tantum decrevit. In Rhodioum climate singulis de sex integra hora accrescit, & in singulis aliis integra decrevit. In Boreffenico singulis de sex duæ horæ, & in aliis totidem decrevit. Hæc autem divisio climatum facta est secundum computillas, sed aliter eriam secundum philosophos, qui naturam ipsam perpendunt: ut in climate Rhodioum computrum est. Nam in primo sex mensibus duodecima pars accedit, id est dimidia hora: in secundo, undecima, in tertio, quarta & dimidia; in quarto, quarta: in quinto, sexta: in sexto, duodecima.

Terra motus.

Terra quoque movetur, quod terramotum vocamus: unde dantur conjecturae. Terra ad imitationem arteriarum, per quas spiritus discurrat in homine, habet cavernas, foramina & tracones, per quæ venti & flumina discurrunt. Nam flumina mare intrant omnia, nec tamen redundat, quia ad suos alveos per tracones redeunt. In cavernas & foramina etiam quidam venti intrant, unde dum queruntur strumpere, tanto ruunt impetu, ut terra partes illis infinitimæ inde commoveantur. Alii dicunt quod terra

fit con-

fit concava in modum fornacis, vel duorum hemisphaeriorum, quæ cum aliquando moles montium corruant, inde moveatur. Alii dicunt supra abyssum locatam terram: & mota abyssus, moveatur. Alii dicunt Leviathan animal terram complecti, tenerque caudam more suo, qui aliquando sole exultus, nictur illum comprehendere: sive indignationis ejus motu terram quoque moveri. Haurit quoque aliquando immensitates fluviuum, ut etiam omnia maria sentiant in reddendo inundationem, & inde terra moveantur.

Post singulares terræ proprietates, de communibus terræ & aquæ differamus. Suntemus haec duo elementa invicem sibi mixta. Ut enim liquidò pateat quid eorum alio sit superius. Nam in superficie terræ aquas videmus, & in venis ejus fodiendo invenimus. Verum autem Oceanum in medio perustæ possumus ideo Physici referunt, ut ignis, solis, & aliarum planetarum aquis contemperetur. Calor enim humorem attrahit, & inde pacificatur.

Retractions.

Oceanus ille verus & Mediteraneus duas facit refectiones, alteram ab Oriente in Austrum, alteram in Septentrionem, alteram ad Occidente: item in Austrum & in Septentrionem. Sed his dubius, quæ ad Austrum verguntur, secundum quosdam nulla est cognitio. Quæ vero in Septentrionem convenient, tanto impetu concurrunt, ut impulsione sua illam famosam accessionem & recessiōnem faciant, terramque modò obruant, modò retengant. Ut sol flammis suis solet aquas attrahere Oceani, quæ dum non valent in aere diu sufficiunt, pondere relabuntur: unde inundatione facta, aliquando terra obruantur: Alii dicunt, quia venti aquas impellant, & sic terras obruant: cumque illas resinxerint, ad alveum suum revertantur. Alii dicunt, habitationes nostras vicinas esse ori Leviathan, qui dum haurit fluctus, terra appetet, & dum remittit, obtruitur.

Exuffiones.

Sunt præterea effluxiones minores, scilicet malinæ, & ledones. Ledones, à quinta luna, similiter & à vigesimali incipiunt: & quot horis accedunt, tot recedunt. Malinæ sunt majores, quæ à tertiadecima, & vigesimali septima luna incipiunt, & sex diebus, & quindecim horis durant, & simi circiores in accedendo, tardiores in recedendo. Exaufer quoque mare inter diem & noctem ter: bis in adesto die, & semel in nocte: bis in hyemali nocte, semel in die, & dordantem & semunciam horæ durat: sed five exaufer, five vento impellant, horæ durant: sed five exaufer, five vento impellant, deinde & deinde fluctus ordinantur: quorum decimus est maximus. Augetur quoque mare secundum lunæ incrementum & detrimentum. Nam incipiente illa crescere, crescit mare per dies septem: & per tertiodem proximos decrevit. Ruris per sequentes septem crescit, usq; ad vigesimalum primum diem, & inde terra decretus usq; ad vigesimalum octavum diem. Notandum vero licet hoc modo augetur, non tamen ad proprium statum, nisi post octo annos redeat. Luna quoque quæ plus Septentrionales partes attrigerit, tanto plus mare crescit: minus vero, quæ illa magis Austrum possider. Dicunt Physici lunare corpus quasdam influxiones & effluxiones habere, & hoc magis ex dulcibus aquis provenit. Solaris vero de salinis. Prater has refluxiones sunt alia refluxionum refluxiones, quæ factæ dicuntur per Herculem, qui cum habitationem nostram dulces tamen aquas haberet, perfiebat radices duorum montium, scilicet Adamantis, & Calpes: quorum alter, id est Atlas, remansit in Mauritania, Calpes alter, id est Calpen, & Adamantem freatum immixtum latitudinem habet quinque milliaria, diciturque Africam ab Europa, facit autem famulos finis,

Mediterraneum.

Inter hos montes, id est Calpen & Adamantem freatum immixtum latitudinem habet quinque milliaria, diciturque Africam ab Europa, facit autem famulos finis,

Gallicam in Narbonensi regione ad montem Pestulam, facit Corsicam insulam, diciturque Tyrrhenum in finibus Italiae: qui Carthaginem respicit, scilicet inter Italiam & Siciliam dicitur Jonium, circa Siciliam Adriaticum, qui in Oriente Italiam alluit: facitque maritima Gracie loca versus Austrum plurima, Cyprum, Rhodum, Carpathum, & ubi definit dare terminum inter Africam & Asiam, incipit Nilus versus Septentrionem, & dicitur Hellespontus, inter Selson & Abydon, in ulteriori Pontus, inde Propontis, inde Bosporus, ibique definiri dare terminum. Inter Europam & Asiam fiat Tanais, qui de Riphais montibus oritur, & stagnantes Mæotides paludes facit. Similiter & in Oriente Caspium erumpit Erythreum, qui & Rubetum dicitur, nam alluit littus Rubrum: unde aquæ marinae colorantur, ferreque ibi lapides pretiosos. Afia magnitudinem Europæ & Africæ possidet, & incipit ab hortis Eden, id est a deliciarum hortis: in Oriente & in Austro Nilo terminatur, in Septentrione Tana. Africa in angulis suis habet Cyrenen civitatem, & Catabarium versutus Austrum in Occidentem. Mauritaniam & Atlantem, in Septentrionem civitates famosas, Adrimetum octo milia, Hippone. Europa habet in Occidentem Hispaniam, & Calpen, in Septentrionem Mæotidem paludem, versus Austrum Græciam.

Nebulae.

Hæc duo elementa invicem sibi mixta sunt. Terra enim evanesceret, nisi aquarum humoribus conglutinaretur: quæ dum aliquando humores exhalat, accidentes nebulae dicuntur, dum cœli faciem aperiunt nubes, dum vi ventorum stringuntur, aut solis calore deplunt, & dicuntur pluviae. Pluviae autem sunt, cum juges sunt & plenta: imbrebus sunt, cum salutares veniunt, ut in vere cum gramina producent: nimbi sunt, cum subito & dampnit, veniunt.

Nives.

Cum humores nebularum ascendent, si terreno frigore præveniuntur, in nives convertuntur: quæ magis in montes cadere solent, quam in loca campistria, vel quia illi magis celsitudo montium obstat, vel quia ibi magis spiracula frigoris abundant. Sunt autem duplices, quæ in mulcebris aere cadunt, ut grossæ, quæ statim liquefiant: & alia minutæ, quæ in urede frigoris cadentes testa foramina penetrant. Nives etiam in alto mari non cadunt, sed fecus littus, nam calida est aqua salis, & terrenum frigus impedit, ne aerem super se attingat. Hinc quoque sententia illa astruitur, quia sol de calidis aquis maris pascatur. Luna vero de dulcibus tantum & frigidis, quæ & proprio calore caret & lumine. Alii dicunt, omnia celestia corpora de dulcibus paci: nam dulces aquæ mare intrantes, feruntur in ejus superficie, unde mare sibi attrahere dicuntur planæ. Fit quæstio, cum calida sit aqua, quare tunc homo contactu illius frigescat magis quam terra? & solvitur: quia hoc de dulcibus tantum evenit, non de salinis. Vel potest hoc etiam esse tam de salinis quam de dulcibus, & frigescit ex hoc magis homo, quia conglutinatur aqua est, & magis adhæret homini quam terra, si illi imponatur, ideoque subtilitas aquæ hoc attributas, quæ magis poros penetrat, aut illi se applicat. Fit quoque quæstio, cum de salinis aquis nebulae proveniant, cum pluviae dulces ad nos descendant, quia poteris imputare five immensis tractibus aeris, five caloris solis. Quod autem tantum potestatem habet ignis, videmus in amaris herbis, quas ad patientiam gustus excoquunt, vel in aere dulci amaritudinem amittit humor amarus, sicut dulces aquæ in mare cadunt, & rursum per tracones quosdam ad alveum suum revertuntur dulces. Hoc autem experiri poteris: nam si dulces aquas per algam maris collaveris, amari recordentur.

Grandis.

Grando.

Nubes, ut diximus, vi ventorum, vel Solis calore dissolvuntur: & sit pluvia quasi terreno frigore in cadendo præveniuntur, in grandinem commutantur, & dealbantur: quarum duplex est genus. Nam minuta nivis admixta venit in frigore. Alia in vernis & aestivalibus & magis quam in nocte. Nubes etiam quando altius elevantur, incipiunt attenuari, per aërem dispergi: & quando sol non potest aquas attrahere sibi incorporare, & immensificates aquarum permittit decidere, frequentius cadunt in mare: & sic Deus parcit terra: quia manubias dicimus compositum à manu, quod est bonum, & nubibus per antithesin, quasi minimè bonum nubium.

Aer.

Postquam de terra & aqua diximus, de aëre proximo illo differamus, cuius motus causa perhibetur aqua: quæ mota, naturaliter movere aërem. Sed cùm moveatur ab Oriente, Eurus dicitur: & cùm ab Occidente, Zephyrus: cùm à Meridie, Auster: cùm à Septentrione, Aquilo. Si quæritur, cur portius naturaliter aquam, quam terram moveri dicamus. Respondeo, quia perpetuò aquas moveri videmus, non semper aërem. Si perliterit alius dicens: Ubi est efficiens causa aliquis rei, deberesse esse & ceterum, Respondeo, vicinum illum aqua motam, vel dicas non ubique moveri, sed in aliquo. Alii quia levis crista-
tio quædam aëris, quam auram vocamus in terris, altum verò in mari, offendatur in montibus, ibique tumuluantur & augentur. Alii dicunt rationabilis motu move-
ri firmamentum, & subiectos planetas, qui aërem inferiorem commovent, & omnibus motibus impellunt: id est, sursum, deorsum, dextrorum, sinistrorum, ante & re-
trò: & per circulum, qui solus rationabilis est, sed in eo non diu persistit, quod erit aliando deprehendimus in turbine. Nec turbat quod planetas irrationabiliter illos moveri dixi, hoc sit comparatione firmamenti, quod ab eodem cursu nunquam desilit: planeta verò diversis tractibus labuntur.

De fulmine.

Denique cardinales venti tres convenient, & nubes compellunt tantà vi, ut ex collisione illa nascatur sonitus, & claritas quædam. Quod auditum ostendit, toni ruum est: quod vīsum, fulgor & fulguratio: quod ferit, fulmen dicitur. Nascitur ibi præterea quidam lapis, qui vel nimis compressionis, vel nimio calori, vel nimio frigori potuisse attribuere: quia expressio possit hoc efficere. Videtur fas-
tis ubi latens humor coagulatur, qui verò calo: diversis modis res mulcet aut confolidet, appetit in limo, quod autem frigus duritiem faciat, videtur in metallis liquefa-
tis, ut etiam in ferro, lapides diffilire facit, lignum fndit, aquam constringit. Dicunt alii, quod quidam crassus ven-
tus concineatur in nubibus, qui dum erumpit, sonitus facit, cuius rei probationem dat ventus veficā conceptus, quæ displosa violenter intonat. Alii dicunt, atomos humoris vaporaliter ascendere, & ignium caualiter de-
scendere: in quorum convenu nascitur ille sonitus, da-
turque similitudo quædam de fabro ferrum calidum tin-
gente in aqua.

De rōre.

Desudat quoque in aëre ros, qui luna attribuitur, eo quod illa sit cibrum celestium. Alii attribuunt Veneri, eademque & vespere & manè: qui si frigore prævenitur, pruina efficitur. Cauma quoque grossum sit, cadit pruina in frigoris maxima urendis, qui sepiibus & ramis arborum inhæret. Aliud quoque in autumnali volat tempore, quod pueri vocant astatem: unde araneæ telas faciunt, qui est sex aëris sole desiccata. Præterea ventis imminen-
tibus inferior iste aëris superiori colliditur: unde scintillæ

prosiliunt, quæ stellarum casum imitantur: revera autem nunquam aliqua stellarum fixa seu vaga decidit, immo scintillæ humido aëri allapsæ extinguntur, & in agris inventa phlegmatis similitudinem exprimunt. Sunt autem res venenoæ.

De iride.

Fit præterea arcus in aëre, qui oppositam plagam tenet à sole: & ut dicunt Physici, sol nubes aquosas & concavas reverberat, non multum confertas, unde diversitatis munera coores illis innascuntur, qui tantum ex minima distantia liquide distinguuntur non possunt. Beda autem dicit quæ: or esse colores diversos, imitantes quatuor elemen-
ta: viridis viridem terræ superficiem imitatur: glaucus aquam: hyacinthus aërem: rubeus ignem æthereum. Sunt aliquando etiam duo arcus, quia luna similiter ar-
cum facit, plenum tamen, quia non est ipsa iris, & solet es-
se imminentibus ventis aut pluvias. Illum quoque naturæ obseruant. Nam ex ea parte quæ primùm diluivit, ven-
tos aut pluvias venturas esse prænoscunt.

De aethere.

Huic aëri proximo loco æther imminet, in quorum confinio luna proxima loco est, quam Physici terram æ-
theream vocaverunt: forsitan id est, quia sicut terra à teren-
do dicitur, ita qui à celestium corporum purgatione ter-
ritur, in lunam recipitur, & hoc à sole ut in speculi similitu-
dine reverberetur, opponitur. Lunares autem plurimi
sunt animæ ascendentæ vel descendentes, quæ in singu-
lis sphæris quid acceperant obvolutionis, relinquunt ibi,
vel afflunt: sive cacodæmones. Quod autem furvi habe-
re videntur in medio, hoc prædicta cause poterit ad-
scribi.

De furvo luna.

Luna ex quatuor constat elementis, sed tria illa ele-
menta bene sibi commixta sunt & levigata. Nam & na-
turaliter sunt perspicua, & de se lucem reddunt. Terra autem in illo loco non bene alia admixta est, nec de se lu-
cem effundit, & scabra est in illo loco. Scabrum autem est, quod rubigine obducum est, aut allevigatum remansit.
Habet hac figuræ septem. Nam monoidos ab unitate di-
citur, cùm prima est; dichotomos, vel dyatomos cùm me-
dia est: dyas enim duo dicuntur, tomos testio, amphicy-
tos, id est, circa rotunditatem. Est plenilunium in de-
scendo, item est amphicytos, post dichotomos, & inde
monoidos.

De eclipsi soli & luna.

Luna quoque illa semper pleni orbis est, nam ex ea parte qua solem respicit, semper plena est: sed aliquando tota vel ex parte obscuratur, cùm est quartadecima, vel decimaquinta, si sit in ecliptica linea, & per diametrum soli opposta. Diameter est linea, quæ aliquando particitur in duas medietates: dyas enim binarius est, me-
tron mensura: nam tunc terra in medi posita, lunum solis ne luna infundatur, impedit, & verbēra ejus ad lunam usque protendit, & est eclipsis luna, quod deliquiu dicitur. Fic autem tam in inferiori hemisphærio, quam in superiori; tam in Oriente, quam in Occidente: non tam semper fit, cùm est decimaquarta, vel decimaquinta: sed post sex menses semper. Cùm autem in eodem signo fit & eodem mense, non nisi post novendecim annos. Cùm autem in eodem signo, & mense, & signi parte, non nisi post 55. annos evenit. Quod verò in eodem signo, mense, parte, revocatis cunctis planetis ad locum suum, non nisi post quindecim menses annorum sit. Eclipse solis in trigeminis luna sit, sol eclipsum. Nam declinat vel ad Austrum, vel ad Septentrionem. Cùm autem sol in eodem signo pariter & mense, sit post 55. annos, sed qui eodem signo, mense & parte sit, revocatis omnibus stellis ad priorem locum, hoc est, post 15. millia annorum.

De ordine planetarum

Nunc de ordinibus differamus. Plato sequens Agyptios, qui hoc persuaserunt, in proxima regione post lunam solem afferuit hac ratione. Luna proprio lumine care, quia mutuantur a sole. Nam si Venus & Mercurius illi & luna interponerentur, aliquando solis lumen præterirent. Ratio quidem parva est: nam omnis umbra minoris corporis, à maiori lumine recta, extenuatur, nec longe protenditur: siquaque dux haec nihil luna impeditur. Tullius Chaldaeos sequitur, dicens solem medium planetarum esse numero, non spacio: nam plus à firmamento quam à terra recessit. Non tamen negamus Venerem & Mercurium aliq[ue]ndis superiores, quo[rum] etiam historie probant. Habet enim historia Caroli, quod Mercurius per novem dies in sole tanquam macula apparet. Quando verò intraverit vel exiverit, nubes perhibeant videre, in Romana quoque historiâ dicitur, Augusto Cesare Julio adoptivo patri funebres exequias faciente. Venerem fulsis, quam ejus stellam censuit. Hi duo cùm intra solem sunt, clare videntur in meridiis. Causa verò est, quia sunt viciniores terra: & maiores apparent, nec sol illas obscurat. Cùm vero supra solem sunt, clatitas ejus non permittit illas videri, tanquam jam lata minores: cùm direc[t]è quoque illas reverberant, ut ante vel retro positas, similiter aut modicu[m], aut minimè videntur.

De media luna obscuritate.

De luna quoque talis habet conjectura, quod sit quædam nubecula inter nos & lunam posita, impediens nobis partim claritatem lunæ: nam ipsa administratrix est corpulentia tam superioribus quæam inferioribus, & cibrant ibi quædam atomi, cuius liquidiores partes sursum dant corpulentiam. Sordidiores autem his inferioribus & caducis infunduntur, & ibi evaporant. Lunam quoque in ea parte aspectibus nostris substrahit, quemadmodum nebula, qua[rum] ubi de montibus exhalat, oculis illum nostris ibi abscondit.

De epicyclis & intersec[t]iis.

Quando Venus & Mercurius solis vicinitate vel remotione videantur, vel non videantur. Mercurius cùm ad 12. partem venerit, videtur sicut & luna. Venus vero cùm ad 7. partem signi à sole recesserit, videtur quasi jam major. Luna quoque ibidem videretur, si proprium lumen haberet. Quod autem superioris & inferiores sole feruntur, tripliciter per conjecturas ostenduntur: sive per intersectionem circulorum; sive quod lumen epicycli, id est, supercirculares terram non habendo centrum, solem quasi centrum cursus sui efficiunt; sive altitudinem solis circuli emetunt obtusum sive acutis anfractibus: quemadmodum latitudinem zodiaci planete evadunt, quæ subjecta oculis picta demonstrant. Sed quoniam mentionem, quomodo zodiacum perambulent, fecimus, p[ro]mitemus inde dicamus.

De linea zodiaci.

Venus & Luna ad extremitates zodiaci perlatas, duodecim lineas divisi perveniunt. Venus tamen in duobus momentis excedit, Mercurius octo lineas ejus perambulat. Sol duas medias servat: nec illas, nisi in libra excedit. Unde Ovidius: Exspiciant equi: Mars quatuor perambulat, Jupiter quinque: sed & hi frequentius anomali sunt. Saturnus tres tantum. Cùm sit dubitatio de ordine Solis, Mercurii, Veneris, nulla tamen est de ceteris: nam tantum à sole & à se invicem recesserunt, ut quod fol in anno perficit, hoc Mars in duabus, Jupiter in 12. Saturnus in triginta.

De transieris.

Ipsorum quoque planetarum alii sunt hippolitici, a ii

stationarii, alii retrogradi, alii anomali. Hippolitici, id est, transitorii, sunt qui de priori signo tendunt in posterius, cùmque hoc omnes alii faciant, præcipue sol & luna, ita enim hi 2. de anterioribus signis ad posteriora tendunt: quod nunquam stent, nunquam retrogradiantur. Si aliquis opponat solem sublittere, quia plus in geminis moretur, quam in sagittario, dicit quod hoc moratur non est sublittere, sed quod magis spatium ibi habeat completere, quam & alias signis, ubi axis ejus tam alta non est, quod patet in excentritate. Stationarii sunt, qui diutius propter aliquam fixam stellam videntur, quam loante: non quidem stant, sed secundum cursus sui figuram vel ascendunt, vel descendunt, & non mutum in naturali cursu procedunt. Suni autem legitimi termini, in quibus videntur stationarii: id est, cùm distantia à sole per tria signa, vel per quartu[m], quod fit per triangulum, vel quadrangulum: id est, in trigo[n]o vel tetragono, hoc est, in triceto, vel quadriceto. Causa autem hujus stationis perhibetur sol esse. Est autem statio alia matutina, alia vespertina. Matutina est, cùm ante ortum solis est in statione. Et notandum, quod in vespertina statione tantum sunt retrograde. Verbi gratia: Si Jupiter de geminis procedat in cancerum, & item redeat in geminos, quod cùm quidam in quibusdam signis semel tantum faciant, Saturnus tamen semper bis ad quolibet signum regreditur, & aliquando tertio peruenit ad idem, quod moratur in cursu secundum quoddam efficit. Nam secundum alios magnitudine circuli, Pythagoras autem neque retrogradari, neque stare, neque anomalam aliquam esse dicebat, sed omnes inaequali spati tempore aequaliter completere spatium locorum. Quomodo retrograde videantur, vel stationarii, cùm tamen non sint figura demonstrata. Anomalæ, id est, irregulares sunt, cùm vel diutius, vel cito solito morantur, vel oriuntur, aut initio solito loco apparent, quod cùm aliis etiam eveniat, maximè tamen Marti, qui in posterioribus duobus annis nunquam servat legem priorum. Venus autem & Martius nunquam in triceto, vel in quadriceto regulariter distant à sole, nec à chronicis ortu oriuntur, aut occidunt, quia non plus à sole distant, quam Venus per signum & dimidium. Martius per signum & duas partes unius, ibique suam stationaritatem & retrogradacionem patiuntur, propria autem videri possunt aliquando supra simul & infra, simul retro, aut ante: unde & duos luciferos videbuntur habere: similiiter duos hesperos: cùm vero Mercurius ante est, videntur sibi nomen luciferi. Venus autem etiam nomen naturæ, id est, naturaliter, ubiquecumque haec stella est, Venus appellatur. Cùm vero solem præcedat in ortu, lucifer dicitur: cùm sole occidente apparuerit, helius vel vesper: & est nomen officii. Dicunt quoque Aristotheles & Peripateticæ, naturali cursu volvi planetas cum firmamento, sed omnes celeritate ipsius præterizit. Saturnus in tantum cum ejus celeritate contendit, quod infra duos annos & dimidium, illum præcedat firmamentum unius tantum signi longitudine.

De ortu.

Notandum quoque quod ortus alius matutinus, alius vespertinus. Matutinus, ubi aliqua stella solis ortum præcedit post medianam noctem: vespertinus, ubi post occasum solis aliqua stella apparuerit. Ehi præterea ortus alius mundanus, alius heliacus, alius achronicus. Mundanus est, cùm de inferiori hemisphærio in superiori aliqua stella emerferit. Heliacus est, cùm sol recedens ab aliqua stella permittit eam videri. Achronius, cùm aliqua stella vel sidus occidit, & oppositum illius per diametrum oritur. Chronos autem tempus interpretatur.

De occasu.

Occasus quoque alius mundanus, alius heliacus, alius achronicus. Mundanus est, cùm superiori hemisphærio in inferiori qualibet stella descendit. Heliacus, cùm sol ad aliquam

aliquam stellam accedens , illam videri non permitit. Acronus est, cùm aliqua stella vel signum occidit, & oppositum illi per diametrum oritur.

De occultatione stellarum.

Cùm occultentur stellæ , sive à sole, sive ab absidibus suis, non tamen omnes pari spatio occultantur. Nam Saturnus 17o. diebus ad majus occultatur , ad minus verò 10. tantum. Jupiter 36. ad majus, ad minus 10. similiter. Mars autem anomalus est; undè in geltis Caroli per integrum annum latere perhibetur. Venus autem 58. diebus ad majus , ad minus autem 52. Mercurius ad majus 16. diebus, ad minus 12. luna accedendo in duodecima parte signi unius contra solem incipit obscurari , & recedendo in duodecima parte illuminari : & duobus diebus tantummodo latet.

De absidibus.

In interfectionibus quoque absides aut sunt quidam tristes, qui dicuntur aut frangendo per spiras, per quas stellaria corpora incedunt, infixè triginta occultantur, aut plures, sed minores diut. Nam majores citius videntur. Incipiunt autem obscurari , cùm sol ab aliquo illarum ultra quindecim partes delicitur terrâ, quod iter quindecim diebus perficit , recedensque ab ea quindecim diebus obscurat.

De consensu Planetarum.

Ut diximus supra in triceto vel quadriceto sole respiendi planetas sunt itinerarios retrogradi , & contra se quoque respiciendo magnum sibi præbent consensum, nam cùm salubris salubrem respecter , augetur salubritas: si adversa adversam , augetur adversitas: si salubris adversam , vel eversor , minutius utrariumque effectus. Mercurius autem, quia est indifferens, plus tamen bonus quam malus, semper talis efficitur, qualis illa quam respicit, & ejusdem coloris. nam si adversam respecter , auget & accelerat illius proceritatem: si verò prosperam, auget & accelerat eius aduersitatem: plus tamen est accommoda prosperitati.

De domiciliis.

Si in singulis domiciliis singuli planetæ accesserint, plurimum sibi obsequuntur. Illud autem domicilium cuiuslibet dico principale, in quo quilibet planeta in origine mundi reportus est. Luna quidem & sol singula habent domicilia, sed quilibet de certis quinque habent duo, & num secundarium. In principio itaque mundi luna fuit in cancero , que cum constellatione sua semper bona portentat, præcipue tamen cancero. Si sole secum habuerit, incrementum & corpulentiam rebus maximè infundit, quod in floridaestate pater. Sol verò reportus fuit in leone , in quo præcipue potestates suas designat siccitatem & fervorem, unde & caniculares dies sunt alii fervidiores: ut sole existente in suo domicilio. Caniculares autem dies dicuntur à canicula, quam tunc ingreditur sol. Mercurius sicut infirmus omnium, primam obtinuit electionem, elegit taurum, à consequentibus leonem, virginem: hac ratione ut ibi quod vellet, designaret principaliter; tamen si hospitatis causâ aliis planeta illi sufficeret ingressus, dixit se vellet illi obsequi colore & effectu. Venus ut proxima loco, proximam fecit electionem , & ab antecedentibus elegit taurum, à consequentibus libram: eadē ratione, ut suos effectus ibi demonstraret. Si verò malus planeta illuc intraret, vellet illi adversari , & suā prosperitate vires illius minuere, præcipue habens Mercurium, vellet accelerare prospera. Cùm verò bonum suā constellatio plurimum designet, præcipue tamen de felici conubio jucundissimum pignus assert. Eā quoque ratione

Beda Tom. I.

Mars arietem & scorpionem elegit , ut maximam portendat adveritatem , & præcipue flagrantiam indicat. Jupiter pisces & sagittarium elegit , qui temperatur de adveris, augetur à prosperis, cum Martio accelerat ad bonitatis suæ indicia , de felici regnorum eventu disponit. Saturnus duo continua obtinuit , scilicet aquarum & capricornum , cum bonis mitior , cum malis severior , cum Mercurio in crudelitate celerior: in terque malas designationes frigore & nimia asperitate abundat.

De frigore Saturni.

Est autem inter omnes planetas Saturnus frigidissimus, cujus plures causa redduntur fabularum, quia senex fuit quidam vir. Senes autem sunt frigidæ naturæ, undè & flegma in eis abundat, quod hyeme crescit. Vel idem frigidus perhibetur, quia remotissimus sit à sole; vel quia sol in Saturni domiciliis potius , remotissimus est à nobis: tunc quia frigore premimur. Cùm verò in suis domiciliis Saturnus cum soli politus fuerit , gravissimam facit frigoris urendinem, nec aliter est frigidus, nisi per effectum. Malâ enim conflagratione suâ eneat homines, enecati verò sunt frigi. vel aliter, quia super celestibus aquis vicinissimus est: & idem sit frigidus, de quibus plures dantur conjectura, quomodo teat tur rotundum, & perpetuò volubile confitente possit.

De superficiis aquiris.

Prima conjectura est, quod sint in exteriori superficie cœli extantia & sublidentia loca , ut etiam in superficie terra , in quibus aquas contineri dicunt, cum tanta verò celeritate volvuntur, ut non labantur: quod de pleno vase quolibet probari potest. Nam quo majori impetu manus circumvolvitur, eo minus effunditur. Secunda est, quod ibi vaporiliter quemadmodum hinc nubes pendent, continentur. Tertia est, quod proper solis remotionem, à quo præcipius calor exhibetur, indurato glacialiter cœlo cohæret. Unde dicunt Saturnum frigidissimum planetarum, quia illis aquis vicinissimum. Etteriam quarta: Firmamentum ut fixum non volvi , fed stellas illi appositas, nec fixas moveri: & hi an quadratum, an rotundum sit, dubitant. Novissime quæstio divinâ virtute solvitur, quia ibi teneantur secundum Dei voluntatem: licet hic modus homines lateat, quas ibi in utrum divinorum servavit Deus, vel ut ignem cœli temperent: super has spiritales cœli sunt, in quibus Angelica virtutes continentur. Secundum alios nihil, nisi innata.

Quo tempore cursus persicant planetæ.

Saturnus pro circuli amplitudine, pro retrogradatione, pro stationaritate, declinatione vel ad Austrum, vel Aquilonem, enīum vel visum , annum suum non nisi triginta annis perficit , & duobus annis & dimidio unum signum transit. Jupiter duodecim annis, undè singulis annis solaribus signum unum peragrat. Mars in duabus annis, undè anno uno sextum signum peragrat, nisi efficiatur anomalus. Habent enim gelti Caroli quod in integro anno non sit visus. Sol infra 5 & 5. diebus & quadrante diei, quæ in primo, secundo & tertio anno non computatur: in quarto verò dies intercalaris componitur, qui bissexus dicitur: eo quod bis in sexta idus Martii computetur, undè annus bissextilis: quod verò liquefacit, ita disponamus. Sol in principio arietis esse ponatur, idem post 3 & 5. dies adhuc vicinus erit eidem parti arietis, quod si adhuc sex hora restarent , eandem partem attingeret. De reliquo diligenter animadverte. In rotu suo ambitu (ut diximus) tantum spatium ponit. Videamus igitur primum secundum & qualem computacionem, quantum in singulis signis ponat. Nam secundum computistas in quolibet signo ponit 30. dier. & 10. horas & dimidiā, & ex his ad eandem summam redibis. Nam

duodecies 30. sunt 360. duodecies 10. horæ faciunt quinque dies: & duodecies dimidia, facit quadrantem: ecce eadē summa. Philosophi verò rei veritatem contemplantes, deprehenderunt sole plū in uno signo, & minus in alio itumorari: unde in geminis duos dies super 30. & 10. horas & dimidiā moratur: è contraria in sagittario duos dies minus quam 30. ponit: & hoc inde evenit, quod axis sua excentris est, & viciniissimus est in geminis firmamento, & remotissimus à terra, & è converso in sagittatio. Si vis ad eandem summam redire, hoc modo poteris deprehendere: In geminis duos dies supra 30. moratur, unde in proximo signo 10. horas minuit; & ita usque ad sagit. arum minuendo, duos infra 30. relinquit: inde iterum ascensio, in quolibet signo 16. sumit usque ad geminos. Ita quidem deprehenderent esse, siue hac sit causa, quod inter radios, qui servinunt vel finiunt geminos, absidis plus continetur, siue solib[us] altius ascensio, longius spatium habet ire in illo signo quam in alio: nec ideo longiores dies facit, quia quanto est altior, tanto magis à rapto firmamento impellitur ab ortu in occasum. De aliis quoque planetis idem event. Nam Saturnus in Scorpione viciniissimus est tunc ameno, Luna in Taurō, Jupiter in Virgine: cum illo si fuerit Venus, significat bonum conjugium alicui futurum: unde Venus in specie virginis venatrix occurrit: sic dicitur Aeneas, que illi bonum fieri conjugium portendebat. Mars in Leone, cum quo si fisiuerit, incendum animorum & aeris debegat. Sol (ut dictum est) in geminis vicinus firmamento: Venus in sagittario, Mars in capricorno. In oppositis autem signis sunt terra viciniissimi. Venus in 349. diebus cursum complet. Mars, quia oxyest, novem diebus minus: sed cum sepius efficiuntur retrogradi, plus possunt. Luna secundum Macrobius ambis zodiacum in 28. diebus: sed hoc dicit ad condensationem septenarii, qui quater multiplicatus facit 28, sed revera infra 27. dies, & octo ferè horas totum zodiacum perambulat: sed non illuminatur eo tempore. Verbi gratia: Si sol & luna pariter fuerint in principio arietis, luna procedens in 27. diebus & octo ferè horas pervenit ad idem punctum; sed sole ibi non invenit, quia jam & ipsa stā legē processerat usque circa finem arietis, ad quem consequendum postea luna ponit duos dies & quatuor horas: tunc reilluminabitur ab illo, neque de accentuōne ad accessionem interfunt 29. dies & 12. hora, que non computantur in primo mense. Unde tantum habet 29. dies, in secundo computantur, & tunc alias addi & faciunt mensim 30. dies habere, nisi in decennovennali anno, quando dies subtrahitur unus.

De salu LUNA.

Hac autem ratione plus dantes lunæ singulis mensibus, quam ipsa consumat. Illud autem adeo parvum est, quod singulis mensibus computare difficile est: fed in toto anno tantummodo supercrescit 1. hora & 1. punctum, & decimonona pars puncti, qui singulis annis collectum decimonono anno facit diem integrum, illumque diem transfluendo auferimus, computantes tres lunationes 29. dierum tantum. Punctum autem est quarta pars lunaris hora, quinta verò solaris. Hoc quod diximus, est secundum illos, qui dicunt firmamentum rationabilis motu volvi ab Oriente per Occidentem, iterum in Orientem. Planetas verò ab Occidente per Orientem iterum in Occidentem, quod afferunt Platonici. Astrologi verò & Peripatetici dicunt planetas rationabili motu pariter cum firmamento volvi: sed illas celeritate firmamenti præteriti 6. videantur quasi retrocedere, secundum quam sententiam quād sunt altiores, tanto sunt celeriores: ut Saturnus velocissimus contendat cum firmamento tantā suā celeritate, quod infra duos annos & dimidium non nisi uno tantum signo prætereat illud firmamentum. Luna verò ut omnium infima, est tardissima. nam si hodie visa sit in principio arietis, etas oriente ariete, non ibi lunam invenies: sed post in duodecima parte illius ori-

tur. Sol quoque si in prima parte arietis hodiuerit, etas ibidem non apparebit: sed post 15. partem eius horæ naturalis sequenti die oritur in secunda parte ejusdem signi, & hi dicunt terram immobilem, & omnia æquilatera circa illam volvi. Ad quam sententiam accedit Tullius, qui dicit acutissimum sonnum nimia celeritate firmamentis fieri, gravissimum verò in luna propter omnian tarditatem ejus circumvolutionis. Firmamentum omnibus æquilatera supra volvitur quinque zonis, quas invicem paralleli dividunt, qui ab Oriente in Occidentem dicuntur. Sonat autem æquilatera dictans: non quod omnes æquilatera sint, sed duo & duo æquilatera sibi invicem, ita quod non quam sibi proprius vel remotus sint: quorum duo brevissimi sunt, scilicet extremitati. Medium verò, qui est æquinoctialis, maximus, qui ab omnibus videtur dimidius, nisi his qui sunt sub polo: nam hi totum videre poterunt, qui illorū horizontem terminantur. Tropici verò sunt medioximi. Arcticus dicitur, qui uras ultraque in se compleat, cui oppositus est antarcticus. Tropicus æstivus sive terminus, qui secundum quandam disputationem canorum locat in medio, vel secundum Hyginum, in octava parte, ad quam sol veniens reveritur: qui æstivum solstitium dicitur; secundum alios terminat canorum & zodiacum. Alter tropicus hyemalis est, unde ad nos sol convertitur, qui sit in octava parte capricorni. Sunt quoque duo colori, quorum unus æquinoctialis dividit, qui dicuntur imperfetti, quantum ad nostrum visum: quia non videmus eos alter solstitialia signa, rotos. Sunt tunc, ut ror integrum, & habent distinctionem suorum siderum. Si quae ibi sunt, de his dubium est, an de Austro dicuntur in Septentrionem, vel extra signum ad signum. Sed de his dicendum, quia tam zonas quam parallelas dividunt in quaternas partes.

De lacteo circulo.

Est præterea ibi lacteus circulus, qui in serenitate videtur, de eo fabulosæ & physicae cause dicuntur. Juno Martium privignum suum de Maja genitum lactavit, ad cuius facti insigne cœlum de lacte eodem respergit. Alii: Hercules lumen lactis superfluum tatem à pluribus nutritibus, ibi tandem evomuit. Physici: duo hemisphaeria fecit Deus, in quorum conglutinatione major claritas intulit. Alii: quod sint ibi breves stelle & conterat, de quaum vicinitate splendor illis efficiatur, & ipsarum inter se distinctione obscuretur. Alii: quod stelle zodiaci ibi resplendent, & juxta topicā sol sui luminis, & ignis beneficia versus utrumque polum excedat.

De zodiaco.

Zodiacus quoque duabus extremis lineis terminatur, & media, qua ecliptica dicitur, intersectatur, in qua ecliptice fieri solet. Præterea zodiacus distinctus est per 12. signa, quorum unumquodque in triginta partes divisum est, & unamquamque partium sol uno die transit, & ita signum tantum in uno mense, nisi quod tantum inde auferatur quilibet mense, ut tamen in bisextili annodis naturalis componatur. Sub parallelo illo, quem dixi, se care perustam quinque maneret, semper haberet æquinoctium, & solstitia. Solstitium voco viciniissimam accessionem, & maximam remotionem. Duo quidem habent ex vicinitate, ut in ariete & libra: & duo ex remotione, ut in cancer & capricorno. Quod autem in medio perusta positus semper haberet æquinoctium, hæc est causa, quod utrosque poes, & omnes parallelos videret dimidios, & omnem viam solis quam facit ab ortu usque in occasum. Ad similitudinem firmamenti solis sphæra alicubi est diffusior, & alicubi contractior: ut sub æquinoctiali circulo est diffusior, sub tropicis contractior: alioquin opor est circulum solis in tropicis vicinorem esse firmamento, quam in æquinoctiali circulo: si non ad similitudinem firmamenti in convexum diffundenderetur, &

in tro-

in tropicis contraheretur. Oppositio: Si in tropicis contractior est circulus solis, facit ibi breviores dies, ubi brevius habet iter: in æquinoctiali, ubi latio rem habet circulum, & iter longius, facit dies longiores: sicut necesse est non semper ibi habere æquinoctium. Solario: Quicquid recedit à medio tumore firmamenti, minus impellitur illius imperio: ita sol positus in tropicis, minus impellitur quam sub æquinoctiali circulo, & tantam circuli latitudinem recompenso impetus rapacitas majori celeritate. Quod autem dicit Macrobius esse planetarum celeritatem æqualem, hoc idem dixit, quia æqualiter nuntiantur, sed non æqualiter promoventur: ut natantes æquis viribus contra currentem, non tamen æqualiter promoventur torrentis imperio diversè illos impediens. Ita planetæ modò stationaria, modò retrogradæ, modò alitudine circuiti impediens ab æquali promotione. Itaque qui esset sub perutte medio, semper haberet æquinoctium, & quatuor solsticia. Quantum autem aliquis è medio perutte ad Septentrionalem plagam tenderet, tanto illi plaga illa eleveretur, & Australis deprimeretur: & quorū sexagenas Septentrionalis afflueret, tot Australis amitteret, recipiens statim in æqualitatem dierum & noctium, donec tandem sub polo positus, rotum videret æquinoctiale circulum, & in æstivis signis dimidium annum haberet continuum diem, & in hyemalibus signis dimidium annum noctem, videretque dimidium superius hemisphaerium, & dimidium inferius.

De Meridionali circulo.

Sunt præterea duo circuli: meridianus & horizon. Meridionalem suum queque sibi gens, qui dicitur super caput eorum à Septentrione in Austrum: & mutatur in quolibet passu, & inde est, quod cum nobis est meridiæ, Occidentalibus sit oris, & media nox his, qui sunt in medio inferioris hemisphaerii. Sic in ordine cōputa.

De Horizonte.

Horizon est, qui consideratus in æqua planicie vel terræ, terminabitur in anterioribus 120. stadiis, & retrò tōdem, si ambitus ejus comprehendere volueris, triplica ejus diametrum cum adjunctione septenæ partis diametri, & habebis longitudinem ejus ambitus. Horizon autem dicitur propriæ terminalis circulus.

De constellationibus.

Sunt præterea quædam stellæ, quæ longo intervalllo temporis interponit exoriantur, & designant morbos: ut canicula, quæ post quadriennium oritur, neque in iisdem locis, quia interim aliiquid sui cursus expletum: neque continuo malum designat, nam temperatur de adjacentibus bonis signis vel planetis, in quorum domiciliis aut est, aut respicit. Domicilium illius perhibetur esse in ore leonis, quod dum sol venit, canicularies dies esse dicuntur. De principio leonis usque ad medietatem per 15. dies. Si vero canicula cum sole fuerit, ardorem designat. Sirius illa dicitur in Græco, & est cynicus annus, à cynos, qui est canis 1160. anni. Ægypti præterea Abus vocant quædam stellam, quæ eisdem intervalllo temporis oritur, cuius timent adversitatem. Vident enim hi alias stellas, quæ à nobis tumore terra interveniente non videntur: ut canopon in principio Ægypti. Est & alia, quæ semel (ut reor) apparuit, nec ultra forsan apparebit, scilicet quæ incarnationem tribus Magis indicavit.

De Planistarum ordine & designatione.

Solet magnitudo vel qualitas circulorum ex quantitate illa planetarum deprehendi, ut quæ plus temporis in circuione consumant, illa ampliorem circumlocutionem habeant, licet hoc quibusdam non videatur, cum magnitudo

circuli non sit sola causa, sed etiam stationalitates, & retrogradationes. Saturnus, ut vult Macrobius, ex magnitudine circuli 30. annos ponit. Luna vero ex circuli brevitate mensem tantum ponit. Quicunque vero planetarum teneret dimidiatem itineris Saturni, ille medius esset spacio, quia vicinus alius facit Jupiter: unde propè medius est spacio, non numero. Sol autem numero, non spacio, secundum Tullium, & Chaldaeos inter ternos summos, & ternos imos.

Mars positus in centro mundi, si Saturnum ex tetragono resperxerit, si proximo loco post eum Mercurius cum plena luna idem terterius centrum, qui nascuntur in illa diurna genesi, efficiuntur homicida, gladio casuri, sanguinarii confilio vel facto, libidinosi, ebriosi, demoniosi, scrutatores secretorum, necromantici, malefici, sacrilegi, præcipue si nulla prospera impeditur. Martis effectus est iste, in quo ibet ligno præciputus in suis domiciliis: maximè si in medio domiciliorum suorum positus centrum terterius. Centrum autem voco modò Meridionalem circulum, in quo dum fuerit sol, dico illum fuisse in centro: distaque æqualiter ab Oriente & ab Occidente, ratiō autem æqualiter ab Austrō & Septentrione, nisi in duobus æquinoctiis.

Venus & Luna cum Saturno in Saturni domiciliis, id est, Capricorno & Aquario existentibus, quæcumque mulieres in diurna illa genesi nascuntur, virgines erunt, promptæ ad agriculturas, bella, ædium structuras: quæ sunt feminarum negligentes, unguenta, calceamenta, vestes appetent viris communem, nec à maritis redarguentur. Tellimonum vero hujus prohibet Mars, sive sic in iisdem domiciliis, sive in triceto vel quadrato resperxerit.

Venus cum Marte, in Martis domicilio, id est, arietis positra, si Saturnum in tetragono resperxerit, si qui vix tunc nascuntur, effeminati erunt: virilia negligentes, mulieribus indulgentes. Mars, si Venerem in tetragono regi exercit, si nulla salubrium impeditur, si qui in geneti illa nascuntur, adulteri erunt: præcipue in matrimonio matres, filias aut sorores copulantes. Ideoque singulis Mars cum Venere adulterum perpetrâsse. Sphæra terram habent centrum, sed absides sunt excentes. Absides sunt circuli, in quibus sunt spatiarum divortia, ubi notantur stationes & retrogradationes. Absides in quibusdam oculis sunt terra viciniores, in quibusdam firmamento. Ipsa vespera etiam quoddam spatiū contiguum habens tres dimensiones, longum, latum & altum. Nota, quod sicut stellæ faciunt: anfī actus ratione latitudinis, ita faciunt & ratione altitudinis.

De diversis æquinoctiis.

Si qui sunt in medio perutte, idem semper habent æquinoctium: quia utroque polos & omnes parallelos semper vident dimidios: & si qui inde removentur, visu illos non dimidiat, item neque æquinoctiale rectè dimidiant. quod si est, numquam habemus æquinoctium. Solutio: Terra globo sita, & firmamenti convexitas confert dimidiatem æquinoctialis lineæ, semper vide i cuiuslibet positionis hominibus, nisi solis his, qui sub polis rectè habitant: illienim totam vident æquinoctialem in suo horizonte, habentes etiam hoc modo æquinoctium, quod sex signa, id est, dimidius annus confert vel diem continuum, & sex signa reliqua, id est, dimidius annus continuum noctem.

Cur stellæ videntur.

Sole occidente, cum decimaquinta quoque pars signi occiderit post illum, jam tamen Sol descendit, qui ut bona terra erigi incipit, cuius gratia signa videmus: qui nichil essent, numquam stellas videremus, solis lumine diuino oculos impediens. Nocte autem illud nobis subrabit, nec tamen eodem minus illud in stellas & superiora dirigit.

Philosophorum sententia est, quod animæ soluta

Corpore velint, debent & possunt reincorporari. Velint, quia portato Letho, oblitera sunt præteriorum: videntesque præmium sibi propobatum, si bene meruerint in corpore, debiderant incorporari. Possunt, quia sunt immortales. Debent per necessitatem, quia cum quotidie nova crecent corpora: anima vero semel ab origine omnes creatae sunt. Necesse est vero quæ prius erant incorporatae, reincorporantur. Sed cum hoc debeat Aeneas (telle Virgilio) pater Anchises ostendere, altius incipit, scilicet ab illo, quod Graeci topant, id est, totam vocant, quod sub quinario includitur. Sunt enim quatuor elementa: ignis, aer, aqua, terra, & Deus. Mundus enim non potest totum vocari, nisi prius ei infuso divino spiritu, quem animam vocamus. Ex elementis enim & anima illis infusa, procreantur omnia. Unde cum duplēc naturam habeamus, videndum est, quod ab elementis quodammodo sortiantur. Deprehenderunt enim Philosphori, quod spiritum à Deo accepimus, quia ipse est invisibilis: unde auctor summus Deus, à quo dicit originem, corpus autem ab elementis: quia sicut elementa sunt visibilia, sic & corpora nostra; & sicut illa de statu in statum mutantur per contextiōnē & recontextiōnē suā, sic corpora nostra diversis modis variantur. Item, anima rationalis est, ut Deus à quo dicit originem. Corpus autem irrationalis, sicut & elementa absque anima beneficio. Item, anima simplex & invariabilis est in sua natura, ut auctor suis, unde etiam servat aeternitatem: corpus autem compositum & corruptibile. Circa hanc enim versat Anchises intentio, ut animarum immortalitas ostendatur. ad quod quia diversæ occurunt opinione, videndi sunt diversi Philosophorum errores: omnes enim, sed non eodem modo errabant. Quidam enim dicebant, animas creatas esse ab origine mundi, & postea in comparē stellas tanquam in vehicula, ut discerent rationabilem motum firmamenti. Alii unam tantum esse mundanam animam, quæ omnia compleat, omnia penetrat, omnia vivificat. Alii præter mundanam esse humanas.

Videtur aliquibus sole posito in cancer, quod ultra illos Soli occidat: sic & de luna, cùm in cancer fertur in occasum, quod ex hac parte sicut & luna ultra illos: sed faluntur, neque enim recte vocant Orientem vel Occidentem.

D e S o l i s e q u o r u m n o m i n i b u s .

Sol secundum Poetas dicitur in curru vehi, quem trahunt equi, quorum haec sunt nomina secundum Fulgentium. Primus, Erythros, id est, rubens: quia manū sol rubet. Secundus, Atheon, id est, splendens: quia circa tertiam clarissim lucet. Tertius, Lampon, id est, ardens: nam in meridiē est fervidissimus. Quartus, Phlogos, id est, amans terram: nam nobis occidendo videtur appropiare. Sed secundum Ovidium habet alia haec nomina: Eous, id est, oriens vel furgens. Aethon, id est, elatus. Pyrois, id est, igneus: Phlegon, id est, activis: quia primum sol surgit, deinceps elevatur, postea seruet: in fine autem diei inclinatur ad occasum.

D e a n i m a h u m a n a .

Qui autem asserunt animas esse ab origine mundi creatas, dicunt illas esse sicut in comparibus stellis, ut discerent rationabilem motum firmamenti, ut cum spe & desiderio summe beatitudinis, etiam corporarentur, secundum motum firmamenti rationabiliter regeret corpora. Illic autem posita plenaria habent cognitionem praesentium, præteriorum, & futurorum, cumquā illis subveniat desiderium incorporandi, statim incipiunt gravari, & virtus corpora deduci. Est autem illis descenſus à cancero, sicut & ascensus per Capricornum, & descendendo per crateram Bacchi primam, ibi potant oblivionem prioris statū sui, & inde labentibus obveniunt quædam æthereæ & æteria obvolutiones, & haurient aliquid in fin-

gulis spheras, ut in prima Saturni correlationem, id est, similiū collectionem, ut per unum simile sciat aliud approbare, ut si velim album aliud ostendere, dicam albus est nive. Tempore etiam quendam ibi accipit, in Jove scientiam & desiderium regnandi, aliisque imperandi. In Marte, animositatē ardoris: in Sole, vim sentiendi per quinque sensus: in Venere, cupiditatem fervoris: in Marte vim differendi: in Luna, vim augendi & minuendi. Horum quoque omnium ibi accipit anima vim & scientiam, quorum tamen exercitium non agit ante carnis obvolutionem: post planetarum obvolutiones in inferiori aëre varijs tumultibus pulsatur, scilicet grandinum, nivium, pluviarum, ventorum, & tandem tenebris corporis obvolvitur, nihilque scitorum recordatur, adeo irruagā mole corporis gravatur, quod patet in stultitia puerorum, qui carbone lucente læsi decipiuntur. Quartus de obvolutionibus ætheris, an illis incorpore: ut anima an non: & dicunt quidam quod illis incorporentur, quidam quod non. Qui autem dicunt eas illis non incorpore, asserunt quod in illis tantum obcureret eorum claritas, ut imago de fumo. Quidam vero asserunt, eas illi launiri & incorporari: quia telle Macrobius, animæ redentes à corpore easdem obvolutiones illuc reducunt, unde illas assumpferunt. Unde datur intelligi, quod illas secum in corpora deduxerant: id est illis animæ incorporeæ fuerant. Objetetur: Ergo si incorporatur anima illis obvolutionibus, tunc erat animal ante quam perveniret ad hoc mortale corpus: quia anima conjuncta cum corpore facit animal. Sed non est necessarium cum anima juncta est digito, non faciat animal: quia præter corpus & animam multa pertinent ad animalis constitutionem, ut sensibilitas, &c. Animæ itaque incorporare tantu viribus, ira & concupiscentia, quæ & portiones ejus ab aliis dicuntur. Ira quidem datur, ut irascatur malis; concupiscentia, ut semper bona cupiat. Cumque his viribus anima rationabiliter utitur, justa est vita hominis: cum anima contrarias vias incedat, bonis irascendo, & mala cupiendo, tunc degenerat à natura sua origine. Sed rursus ad reilluminationem rationem datur doctrina animæ, ut descendo, & neglesta relegendu redeat ad priorem cognitionem: unde quod apud nos dicitur lectio, apud Graecos vocatur repetita cognitione. Reilluminatione vero ratione, non tam aliquando potest facere, quia scit esse necessaria & utilia: quod ut possit, adhibetur ei virtus, cuius haec est etymologia: Virtus dicitur, quasi propriis viribus nitens contra vitia. Diffinitur autem sic: Virtus est habitus animi in modum naturæ rationi consentaneus: id est, consentit anima ad id quod nata est, id est, ad bonum, & in hoc fauit ex eis est. Cum autem haec animæ debeat probari immortales, plures occurunt questiones, quorum haec prima est: Si animæ sunt immortales, & omnes ejusdem dignitatis in sua natura, cur plus in uno viget quam in alio? Quod solvit Virgilii dicens: Quantum innoxia corpora tardant, id est, præ habilitate corporum habet anima suarum virium exercitium: sicut leo clavus in cava, omnes quidem vires suas ibidem habet; sed non tam potenter exercet illas in cava quam in silva. Inde rursus opponitur: Cur anima, quæ dignior est in sua natura, subiecta sit corpori indigniori? Anima vero dignior est in sua natura, sed in hoc quod continetur, indignior est corpore continuum, & secundum hanc dignitatem subiecta est corpori. Objetetur item: Si anima comprimitur in corpore, ut non possit vires suas exercere, tunc corruptitur, & erit indigna, nec bene. Solutio: In sua natura non corruptitur, quia naturalem observat claritatem, sicut clava in corpore non proficit adeo nire: sicut lucerna modio supposita, non eo minus claritatis in se habeat, sicut eo minus appareat. Rursus opponitur: Si nihil in se sordidum admittant, cur ergo in inferno puniuntur? Solutio: Quia noverunt, exitas de corporibus fortes adhuc habere, quæ de corporeis & de terrenis rebus illis adhæserunt, quæ ut auferantur, indigent ad tempus purgatione: sicut gemma noverit de luto levata ad hunc habere fortes sibi inharentes, indigent purgatione.

D e origi-

De origine animarum.

De hac animarum origine diversorum sunt sententiae. Quidam enim dicebant animam esse conflatam ex atomis ignis, imitantes Anaxagoram & Herachtam, qui volebant ignem omnium rerum esse originem. Quidam dicebant illam esse sanguinem cordis, imitantes Thales Milichium, qui assertabant omnia ex humore constare. Stoici quendam Spiritum naturale, quod probabant aripiam. Syllogismo: Quod recessente ab homine, homo deficit esse animal, anima est. sed Spiritu naturali recessente, homo deficit esse animal: ergo Spiritus naturalis est anima. Plato autem dixit animas humanas compotas esse de reliquis mundana anima. Aristoteles vero vocabat eam endelechiam, id est, formam animati corporis: & per hoc volebant illam esse accidentem. Sed Plato, cuius authoritas praeponderat, & quem maximè Macrobius imitatur, dicit animam esse substantiam incorporem se mouentem: & in hoc aliis etiò oppositus. Aristotelei quidem, qui dicebat illam esse accidentem, causam primam substantiam. Aliis quoque, qui dicebant illam esse corporem, causam primam incorporem. Quaræritur autem secundum quem, incorpoream substantiam utrum sit generata anima, an ingenerata. Quod utrumque Plato assertum est, diversis tamen respectibus. Generata enim vult illam intelligi in Timo, ubi dicit: Præstantissima à præstantissimo facta est, vel in secundo, universi generis elementum faciam. Non generata vult innuit in Phædrone, cùm dicit, Anima nec nata, & id est æterna. Ne autem post in hoc videatur sibi esse oppositus, id est dicit animam ingeneratam, quod utatur lege generatorum, scilicet ut dissolvatur actualiter sine natura. Nam omnia generata præter mundum & divina dissolvuntur actualiter, mundus vero naturaliter. Nam licet nunquam dissolvatur, natura tamen si conditor vellit, dissolutionem patetur. Nam quicquid de partibus est compositum, illi naturale est dissolvi: anima vero simplici, nec composita, non est naturale dissolvi: unde dicta est ingenerata. Generata autem Plato id est innuit, quod secundum multos præsidentes materiam hylen habuerit: quod licet nunquam Plato testetur, nunquam tamen contradicit. Hyle quidem in puro suo statu considerata, non differt à materia anima; in puro suo statu considerata, id est, fine ratione, ira, & concupiscentia, quibus informatur, id est, quæ in ea funduntur.

De anima mundi.

Dicunt etiam quidam unam tantum esse animam, id mundanam: quæ omnia in animum & conformes unicuique rei vires pro sua habilitate, sicut stellis rationem, hominibus quos in caducis rebus inventi habere sphaericum caput, & erectam faciem, rationem quoque infidit, & sensualitatem sicut divinis corporibus, licet per nimia contemplatione divina anima sensibilitatem non exerceant. Ceteris animantibus sensum & vegetationem. Arboribus & herbis tantummodo vegetationem, & sicut unius vultus in pluribus speculis: & in uno speculo plures vultus apparent, ita una anima in pluribus rebus: & ubique omnes vires suas habet, licet in diversis habeat exercitum pro habilitate corporum. Secundum quam sententiam nullus homo videtur esse peior alio, quia una eademque anima bona & immaculata in sui natura est in omnibus corporibus: sed dicitur magis degenerare in uno quam in alio, ut potè consensualitas dominatur rationi, quia in cunctisque corporibus sit, illud corpus est infernus anima; secundum hanc quoque sententiam nullus homo moritur, ita quod patitur separationem animæ, quamquam separatur à quatuor elementis, inquit omnia corpora resolvuntur: sed tunc dicitur mori, cum in illis anima relinquat priorum virium exercitum. Præterea dicunt quidam, eandem mundanam animam pariter cum humana anima esse in homine, de qua vermes vivificantur in homine, sicque hominem duas animas assertunt habere.

Item, de animarum origine secundum alios.

Sed queritur, si anima humana est generata, id est, creata, an auctor suus omnes animas in prima mundi constitutione pariter creaverit, an quotidie novas fecerit? Si recentibus Philosophis omnes pariter ab exordio mundi facta sunt, & in comparatione stellas tanquam in vehiculo locata, donec quotidie incorporandi desiderio descendant. Huc accedit Hebraica veritas, quæ dicit: Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: id est, anima quæ incorporanda erant natis de sanguine Abel: id est enim clamabant, quia volebant perfectam beatitudinem mereari in corporibus: sed superfluum nihil facit Deus, unde frivola est haec sententia.

Item, de animarum origine secundum alios.

Alii dicunt animam esse partem divina efflentiam, quam trahunt ab illo loco, Et spiravit in faciem ejus spiraculum vita. Hæc autem particula non reddit amplius, ita vero uniatur cum Deo, unde & peccare potest nisi autem agunt de Deo tanquam sit localis. Afferunt alii animas natas de Angelicis substantiis. A junctis aliis animas nasci de terra, dulce feminæ: Scilicet scissum est corpus filii de Patre substantia, ita anima filii de anima Patris: trahuntque argumentum de co-naturalitate morum.

De certa anime origine.

Estaute indubitate fidei, nec inde animas nasci, vel creari, vel altius adduci, sed similiter cum ipso corpore nasci: & est quoddam determinatum tempus post conceptionem feminis, quod redigitur in corpus humanum, quo nascitur anima cum corpore. Animæ autem, duæ sunt vires, una superior, altera inferior. Superior, cœlestibus & incorruptionibus adharet, & alia concupiscit, vocaturque rationalitas, Spiritus, domina mens, animus. Inferior, est quæ voluntatis corporis consentit, vocaturque sensualitas, anima, famula mens. Superiorque debet regere inferiorem: sed aliquando ex superioris negligencia prævalit inferior, & seducit superiorem: est & in hoc figura Adæ & Eva. Si enim Adam superior se recte rexisset, non illum Eva inferior seduxisset. Cumque eis Spiritus esset secundum diversitas animarum, unus qui nunquam unitur cum corpore, licet aliquando illud assumat aereum, vel aetherium, ut Angeli vel dæmones. Aliis, qui nunquam est sine corpore, ut Spiritus brutorum animalium, qui cum ipsis & oritur & interit. Tertiis, modò in corpore, modo extra corpus, ut Spiritus qui vivificat homines, id est, anima. Qod autem dicitur, Spiritus Domini cerebatur super aquas: hoc quoque diu puto live de hoc aero terra, & aquæ circumfusione, live de subtiliori, id est, aetheri, vel de Spiritu Trinitatis: de quo si dicit, innuit salutem futuram per aquam.

Nora tres figuræ in compositione animæ depictæ ad idem penè tandem: intervalla enim quæ sunt in prima, cùm vellent impleri harmonies consonantias, nec proportiones ipsæ possint discerni, in tam parvis numeris facta est figura, ut in majoribus numeris doceatur, quæ non poterat in minoribus. Ponitur ergo sexto loco unitatis, loco binarij 7. & sic nota in ceteris. Sed quia adhuc deerant numeri, in quibus semitonija discernerentur, inventa tercia figura, & tamen pro suppositione hemitoniorum quantum ibi per se non ostenduntur: sed in consonantia, diatessaron & diapente, quarum consonantiarum proportionales numeri distincte ibi reperiuntur. Mundus dicitur, res illæ sensibiles, quasi mundata & discreta ab illa confusione, in qua prius fuerunt in hyle, unde Augustinus: O mundo immunde.

Sciendum quod in quoconque epitheto constitutis duobus epogdois, quicquid remanet limma est, i. minus semitonium, superatur à minori semitonio, ut sagaci investigatione calculatoris artis reperitur est, tercia parte sui ipsius semitonii minoris 104. parte, sive pars tercia.

Sivis scire quomodo de toto possit facere minus semitonium, accipe octavam partem, quæ sequitur a via propria vinci sublesquio octavam, & divide eam in novem

equales partes, postea relictis 5. novenis tres novenas equaliter divide in 27. partes, de quibus vicesima (eptima parte sublata) proculdubo remanebit tibi limma; i. minus semis. Hoc autem non est ignorandum, quo minus semis collatum cum sequoetava proportione illius sequoetava, à cuius nona parte diminuitur, continet totam illam sequoetavam: & insuper ejus 24. partem ejus vicesimam, 4. partis; & præterea octavam partem ejus quartæ partis, & septies 81. partem ejus octavae partis. Verbi gratia, præponamus tales numeri 3. in quibus liquecat qui dicitur, sunt numeri 243. & 253. & 273. & trientem, & semunciam, 243 & subsequoetavam ad 273. & trientem semunciam. Nam iste est sequoetava ad illum, cōtinet eum totum, & ejus octavam partem, qua est 30. & trientis & semuncia, & erat tonus integer ad illum. Ducenti verò 53. qui numerus est semitonio minus, qui ad 243. comparatur, bend dicitur diminuti à nona parte ducentorum 78. & trientis & semuncia, quorū prater totum etiam potest contineri nona parte sui ejus octavam partem, id est, ducentorum sexaginta trium, cui consertus, quemadmodum sequoetava facit. Non enim superat illum, nisi redēcim, continet tamen illum totum, & ejus vicesimam quartam partem, qua etiam 10. aless & 5. & præterea continet hujus vicesimam quartam partis, qua etiam duo aless. Necnon adhuc continet hujus quartae partis 8. partem, qua etiam quadrans 1.9. f. c. 9. Et omnium continet post superiora hujus octavae partis species octogesima primæ partem, qua est scrupulus & calculus: ergo minus semitonio comparatum cum subsequoetava proportione illius sequoetava, à cuius nona parte diminuitur, comprehendit totā illam subsequoetavam, & ejus 24. & partem, & 24. partis, quartæ & quartæ, octavam & octavam species 81. partem. Si autem hoc invenire desideras in integris his, in minoribus non poteris inventire numeris, quām inter 57. 208. & 65. 536. ut plenius liquescat probatio, proponātur epirus & subepirus numerus, ubi post duos tonos remaneat tibi semitonio: ubi probebitur quadrans esse verum, & ita inclinenter 49. 155. ejus octavas partes 6. 100. 11. 4. 50. 5. 200. 10. 100. 6. ejus octava pars 7. 100. 7. 66. 5. 56. Ita ergo continet totū superiore, & ejus vicesimam quartam partem, qua est 6. 48 & hujus quartæ partis octavam partem, qua est 80. & insuper continet species octogesimam primam partem hujus octavae partis. Inter 3. autem & quartuor sic potest inveniri semitonium, à duobus epgodois relictum 3. octava pars est triens & semuncia, sextuli obulus, calculus & dimidiū & hemitonio minus. Inter hos duos numeros inventur minus semitonium, qui sunt 4. 800. 60. 4. & 4. 50. 10. 100. 17. Si igitur vis scire quomodo habet in omni semitonio minori major numerus ad minorem: sed horum duorum numerorum collectionem firmiter ubiq̄ habeas. Contineat namq; in hac collectione major numerus, qui est 4. 800. 60. 4. totum minorem: scilicet 4. 500. 10. 10. & infuper ejus nonam decimam partem, qua 1. 200. 10. 50. 3. nec non ejus nonadecimam partem, octogesimam primam partem 1. 3. & præterea continet octogesima primæ partis, qua est unitas. Vnus duo. Ideo à minimo hic liber incipit, quia cōditor humana molis, numerum voluit habere exemplar in omni opere suo: ubi etiam in his notetur perfectio operis, & ab uno, à Deo: quia unus est factor omnium, qui sunt, à duobus & à tribus, quoniam hi tractant de omni alteritate, que ab uno, à Deo descendit, sicut à monade omnis alteritas mundi dicitur. Quartus hac ratione subtrahit numerus, ut senarii numeri perfectius remaneant, quia hi tres perfecti notantur in scientia de naturali justitia. Nam si non subtraheretur, denarius remaneret, quem conflat esse perfectum: quia divisus non restatur, sicut senarii imperfectius resolvitur per partes: que coacervatae faciunt imperfectum numerum, id est, senarium.

Superellit igitur Sophista ve. ò nunc tuas defendunt rationes, & alienas impugnant, & econverso. Vnde proborum mores aliosque non valent, qui certi & probabilibus utuntur rationibus. Fit enim b. intervallo. Dicit hoc per involucrum & in regumentum, quasi axes cœli aliquando trinitatem solvant, & facerent ipsam sp̄ram mundani cor-

poris subdere, & ita calor dominaretur humor, & ita proveniret diluvium per ignem, & econverso. Taliter circumactionem vocat transitionem & retransitionem elementorum, quod non ignis spissatur in aere, aer in aquam, aqua in terram, vel econverso, tunc exultat calor, vel humor fit diluvium, vel per ignem, vel per aquam, alteram circumactionem dicit per convolutionem 7. planitarum, ex quorum natura vel nimius calor vel humor provenit adhuc major causa cum ferventissimus est, si tunc humor nimium moratus fuerit, stellæ circunfusæ soli militunt ex se fervorem circa solem, & inde minuantur, calorem mitit terra, & tunc igne pereunt. Vel exorbitatio referas ad currum solis, nam exorbitare videtur in astate, cum aliorum surgit: & tunc magis contra nos versus est, quām in hyeme, vel dicas quod longo intervallu dicit de magno anno, qui est 5000. annorum. Aliter dicunt quoq; Philosophi, solem esse talis natura, quod omnium in se trahat ignem stellarum, ad quem temperandum attrahit sibi humor illius elementi, scilicet aqua: & tunc aqua & maximè maria contrahuntur, quam cum remisit, distractur mare: sed aliquo tempore magis quam aliozunde Lucanus:

Flammiger ant' an ut alementa hauriat undas,
Erigat Oceanum, fluctusq; ad sydera tollat.

Nota quod dicit numerum priorem superficie; nullum enim accidens prius est subiecto suo, & dicit superficiem corpoream proper perpetuam conjunctionem sui cum corpore, quod nunquam deserit, incorporeum autem est sui natura. Itaque corporeum & incorporeum hoc respectu bene patiuntur se, corporeum ut corporis, & incorporeum anima penitus sunt opposita, nec omnino patiuntur se in eodem.

Hyle impressa idei dicit firmare copias, cuius praestansissima parte constare divina dicit, quod non videtur esse: Hyle enim est in formis, veram non habet partem in sua natura, quare ex ejus parte nihil constat, nec etiam ex ejus termino aliquid constat. Si enim hyle in aliqd unum transibit totū, jam alia omnia ex hyle materia non constarent, quod etiam est contra authoritatem, cum nec ex toto, nec ex parte hyle constaret. Dicendum est igitur hyle advenire formam & primo in aliquam partem sui, unde dicatur fieri aliquid, deinde aliam formam in alia parte sui, & sic per singula. Tradunt Physici, quādam convenienti corpore elementorum ad similitudinem numerorum corpora proportionari, ad hoc ut sit apta vivificari ab anima quæ compositionis universalis dum suum tenorem habet, naturam animalis solidam & quietam, quantum in sua naturam manere dicunt. Si vero ex aliqua parte ex se perflois humoribus, live diminutis discordia compositionis evenierit, infra uitam accidere: si vero perire, dissoluto fecerit, mori hominem: unde dicit liber, dum mundo superfluit, &c. cum vero deficiunt, mox arcana vis solvuntur: quia quantum in natura animæ cum semper apta est animare, nisi corpus impedit, unde subiungit, anima ipsa non deficit, &c. Cum adhuc potest esse accessio. Nota hoc esse contra sententiam Platonis, ubi dicitur meritis in fine locatis. Nam secundum B. Augustinum, omnis homo tollitur à vita, cum vel optimus vel pessimus est, non dico quantum ad effectum operis, penatur ex quantitate amoris, qui autem tunc homo tollitur ex justitia Dei sit, ex qua homo incremento virtutum perficitur, & in sordibus viciorum putrificatur, De terra & igne, quia vivificat spississima & subtilissima. Ex terra & aqua, quia spississima: ex aere & igne, quia tenuissima. Hac dividit horizon, hoc non est verū. Horizon enim in longitudine habet 360. stadia: qua mensura certa esse longiore constat: sed quod hic liber dicit, intelligendū est de horizonte cœli, quod est hemisphere, sub quo conciuntur dimidia pars terra. Ultroq; magna pars, citrō quia non totam continet, vel ultraq; id est, ex utraq; parte. Tunc proper eluviones & exustiones. Quod Plato testatur, sic dicens: Fit enim longo intervallo mundi circumactionis exorbitatio, quam inflammationis vallis necesse est consequatur.

Cum

Cum nihil aliud tempora, nisi cursus solis efficiat, cursus solis non efficit tempora, cum etiam aliqui dies fuissent legantur ante solis originem: sed sol dicitur efficer tempus, quia per eum discernitur. Nam tempus est perpetuus rerum decursus, per se em notatus. Ideo physici mundum, magnū hominem vocant. Mundum nomine hominius vocaverunt, quia animatus ut homo, hominem verò nomine mundi vocaverunt: quia ex quatuor constat elementis. Aut sphærico motu. Quid sphærica motu rotatur, ipsum in se totum locum quem habet, nunquam deserit, sed in eodem ambitu semper manet rotum, per partes autem diversum locum assument circumvolvendo. Quid autem per lineam moverut, aliquando penitus priorē locum deserit translatum in alium, aliquando priorem non deserto porrigitur in ulteriorem, ut arbor crescendo. Nos cavere præstigia. Sicut in præstigiis aliquid videtur esse, cum nihil sit, nō a verbis illius, qui sophistice agit, cum tamē nihil veritatis sit. Intellectus est, per quem animus ea que sunt percepit. Providentia, per quam aliquid futurum videatur, antequam fiat. Magnanimitas, est rerum magnarum & excellarum cum anima ampla & splendida quādā propositione cognitio. Magnificencia, eadem in effectu. F. ducia est, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiducia, cum certa spe collocatur. Tolerantia, est honestatis aut utilitatis causa. Rex arduarum ac difficultium, voluntarium ac diurna perpetuissima. Constantia, sive perseverantia, est in ratione bene considerata, stabili & perpetua materia. Modestia, est per quam pudor honestus charam & stabilem comparat auctoritatem. Amicitia, est voluntas bonarum rerum, quae aliqua illius ipsius causa quem diligit, contra ejus pati voluntatem. Philosophia, est veritatis cōprehensionis; quae dividitur in tria, scilicet et ethicam, logican, physicam, & hinc autem est scientia moralis, vita ordinem aperit, demonstrans; cui supponuntur tria, scilicet animus anima, homo. Animus, est res sui curam gerens. Anima est reipub. curam suscipiens. Homo, est res familiaris, officium disponens: vel secundum Dialeticos, animal rationale. Animæ autem quatuor supponuntur, scilicet prudens, fortis, temperantia, Prudentia, est vera laudis perfectio. Justitia, est habitus animi. Sapientia, cuncta propriae; vel habitus animi communis utilitate conservata. Fortitudo, est quædam relatio virtutis, ad meliora semper se erigens vel fortis est periculorum susceptio, & malorum perpetuissima. Temperantia, est, quod amoris gravitate quæque constitutus. Logica, est diligens ratio differendi, & magistra iudicij: sic distincta strictè accipitur, comprehendens: amen rhetoricae dialecticam. Large verò sic describitur: Logica est sermocinalis scientia, & dividitur in tria, in dialecticam, rhetorican, grammaticam. Dialetica, est sagacitas ingenii, stultitia que leuiter. Supponuntur autem dialecticas quatuor, scilicet probatio, assumptio, confirmation, conclusio. Rhetorica, coniunctionis honestas, & facetus eloquii, doctrix argumentos: cui supponuntur tria, natura, doctrina, usus. Grammatica, eloquendi peritia. Physica, scientia naturalis vigoris, causam reèt commemorans. Physica autem alia intellectibilis, ut Angelicalia intelligibilis, ut Deus: alia naturalis, ut substantia. Naturalis verò dividitur in sex, scilicet Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomia, Astrologiam, Medicinam. Arithmetica, est multitudinis, quae per se est sollicita calculatrix. Arithmetica supponitur perfectio, imperfectio, plusquam perfectio. Geometria, est immobilis magnitudinis doctrina ponderatrix, vel mensuratrix: quae habet lineamenta, intervalla, magnitudines, figuræ, dimensiones, numeros. Musica, est melodia ejusque instrumentorum artifex curiosa. Musica autem, alia harmonica alia rhythmica, alia metrika. Astronomia, est mobilis magnitudinis ascita contemplatrix. Astrologia, est peritia, qua cœli vertiginem conversione considerat. Altera autem naturalis, altera autem superstitionis. Naturalis dum exequitur solis & lunæ cursum, aliorum, certas temporum stationes. Superstitionis vero est, quæ mathematici sequuntur quæ in stellis augurantur: hoc vero est inter Astronomiam & Astrologiam, quia Astronomia conversionis, ortus, obi-

tus, morusq; siderum continet, & cur sic vocentur. Astrologi vero partim naturalis, & superstitionis partim. Medicina est ars, qua de morbis & salute corporum tractat. Alia vero methodica, alia autem empirica, alia logica. Aristoteles querit, an Deus sit: pœna dignus est, quia colere magis, quam inquirere convenienter sapienti. Alexander ad Diomedum: Est anima una per se stabilis, unde omnes animæ recreantur. Hermogenes, Si Deus non est, unde bona: si est, unde mala?

B E D A E P R E S B Y T E R I M U S I C A T H E O R I C A .

Nonandum est, quod omnis ars in ratione continetur. Musica quoque in ratione numerorum consistit atque versatur. Illud autem quod fit ex tonorum inservientis, instrumentorum est. Quinque sunt sensus: ipsum sensuum duo sunt, qui juxta corpus suinuntur, visus & auditus: & duo sunt qui intra, gustus & tactus, in modo vero olfactus. Dubium est, utrum inrus an foris sentiat? Est autem sensus, vinculum corporis & animæ. Quædam sunt incorporalia & invisibilia, ut anima: & quedam corporalia & visibilia, ut sunt corpora: quædam invisibilia & corporalia ut sensus corporis. Corporalia sunt, quia corpori admittantur: & invisibilia, quia illi, dum in animis vel visus, non potest videri. Unde fit, ut cum quinque corporei sensibus alia exteriora sentiantur, seipso non sentiantur. Visus enim seipsum non videt, gustus seipsum non gustat: quod si faceret, nunquam jejunus esset: sic de ceteris. Considerandum ergo, quia cum sensus corporis sine labore adhibeamus sensibilibus rebus, quae percipiendæ sunt, ab illis non facile potest explicari & definiri, quæ natura ipsorum quinque sensuum vel corporis, vel quæ proprietas sensibiles, & definitur quod sunt corporei & invisibiles, ut est auditus corporis & invisibilis. Res vero sensibilis, quia percipitur ab auditu i. vox proprietates habet, ut aer esse commodum & percuti in quodam idemque ipsa quoque corpora est & invisibilis. Nam proximiiora faciliter vitium penetrantur quæ ea quæ sunt remotiora. Si neque clavis oculis aliquid pervidemus corporeum. Augustinus in libro 11, de sancta Trinitate dicit: Gignitur ergo ex visibili visu, secundum non ex sola, nisi adit & videatur. Quocirca ex visibili & vidente gignitur visus, ita sanè, ut ex vidente in sensu oculorum, & aspiciens atque in ventis incensio. Illa tamen informatio sensus, que visus dicitur, à solo informatur corpore quod videtur, id est, à re aliqua visibili: quæ de racta nulla remanet forma quæ inerat sensui, dum adesse illud quod videbatur. Sensu tamen ipse remanet, qui erat & priusquam aliquid sentiretur: velut in aqua vestigium radium est, donec ipsum corpus quo imprimatur inest. Quo ablatio, nullum erit, cum remaneat aqua, qui erat antequam formam corporis capiebat. Ideoq; non possumus quidem dicere, quod sensus gignat res visibilis: gignit tamen formam ne dum similatio em suam, quæ sit in sensu, cū aliquid videndo sentimus. Si formam corporis quæ videmus, & formam qua illa in sensu videntis sit, per eundem sensum non discernitur, quoniam tanta conjunctio est, ut non patet discernendi locus: sed ratione colligimus nequaquam nos potuisse sentire, nisi in sensu nostro aliqua similitudo conficeretur corporis. Negat enim cum annulus ceras imprimatur, ideo nulla image facta est, quia non discernitur, nisi cum fuerit separata: sed quoniam post ceram separata manet quod factum est, ut videri possit; propterea facile persuadetur, quod inerat jam ceras forma impressa ex anulo, & antequam ab illa separetur. Si ante a liquido humoris ad jungeretur annulus, eo detracto nihil magis apparet. Nec ideo tamen discernere ratio non debet, siisse in illo humore, antequam detrahatur, anuli formam factam ex anulo,

que